



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xvi [i.e. vi]. Nonnisi supernaturaliter spoliari potest omni formâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

naturâ prior suo effectu, pro isto priori jure esse & existere intelligitur cû omnibus ad suam existentiam requisitis; quod autem causæ quæ existere sine suo effectu, qui hîc & nunc exigunt necessario procedere à talibus causis, sive à causa ejus productione impediri nequeant sine miraculo, aut sine illata illis causis à causa primæ violentiâ, non importat taliû causarû dependentiam à posteriori à tali effectu, aut quod non exigant sine illo conservari. Jâ verò, quod naturaliter separari nõ possit ab omni forma, inde est, quod agentia naturalia formam veterem substantialẽ expellere nequeant sine introductione dispositionibus ad formã novã, quæ quando sunt, naturaliter producit formã novã; unde etiam, si quandoq; agentia inducant dispositiones sufficiens, ad formæ veteris expulsionem & nondum sufficiens ad introductionem novam quã ultimatè intendit natura, inducitur forma tertia, ut videre est in forma embryonis.

VI. Supernaturaliter nihilominus spoliari potest materia omni formâ; si enim accidentia dependentia à priori à subjecto possint esse privati supernaturaliter, multò magis materia formis, à quibus nulla ratione dependent, imò in eo casu ampliori concursu conservantur.

tivo Dei non egeret, cùm non subtrahatur illi hac ratione ulla causa naturalis. Ad hæc materia non est essentialiter actu comparata, aut dicit respectum transcendentalem ad formas ut sibi actu inexistentes. Nequè cessat in hoc casu finis adæquatus materiæ, sed tantùm inadæquatus, etsi primarius, nimirum recipere formas. Nequè esse substantiale essentialiter includit formam, sicut esse accidentale, quod est ipsa forma; nequè aliunde est ulla implicantia peculiaris, qualis esset in eo, si spoliaretur materia omni forma accidentali & consequenter sua etiam duratione & ubicatione. Et subsistunt hæc adhuc, etsi Thomistis detur, materiam naturaliter existere existentia formæ; posset enim materia adhuc aliunde supernaturaliter habere suam existentiam; sicut de facto secundum illos corpus Christi (quod naturaliter deberet existere existentia animæ) existit existentia Personæ divinæ.

VII. Materia prima non est potentia pura logica (quæ est mera non repugnantia ad existendū, connotans in obliquo negationem actualis existentia) nullum includens actum